



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

desistere debere. Angel. in repetit. l. nemo carcerē. C. de exacto. tribu. lib. 10. in notab. & declarat Alexā. in d. consil. 130. in 5. col. versu. facit, quod in simili &c. sed nos sumus in executione instrumenti, sup qua plura competunt remedia ad eundem finem, & effectū tendentia, nec sunt contraria, uidelicet unum reuocando pactum precarii, & aliud petendo executionem instrumenti iuxta formam traditam à statuto posito sub rub. de instrum. testam. & laudis executione. ergo uno intentato pro executione, uidelicet reuocato pacto precarii, poterit aliud proponi, & intentari, dummodo simul, & semel non intētetur. put Antonius ipse in casu, de quo agitur, omisso primo intentato, & illi penitus renūciato, null aliud intentare: & ad hoc bene inseruit tex. in d. l. cum fundū. in si. secundum intellectum Specu. in loco allegato, & ibi gl. & faciunt etiam ea, q̄ quæ habentur maxime per Ioan. And. in c. pastoralis. de cau. poss. & propri. ubi si quis pro recuperanda possessione primo egit rei uend. potest quippe id facere, quoniā huiusmodi remedia non sunt contraria, & ad eundē finē, & effectum, hoc est ad recuperandam possessionem tendunt: ¶ secus uerò, si plura remedia ex eadem cā competentia essent contraria, uel ad diuersos fines, & effectus tenderent, ad tradita per Alex. in d. consil. 130. in 5. colum. & optime faciunt uerba Roma. in d. consil. 133. circa finem, & ad idem tex. in c. quoniam frequēter. in si. ut lit. non contesta. ubi ¶ facta excommunicatione si excommunicatus perseveret in contumacia potest ad immissionem bonorum successiue deueniri, ex quo hæc remedia ad eundem finem uidelicet ad puniendam contumaciam tendunt. Idem ergo in terminis nostris uidetur dicendum, q̄ cum dicti de S. Petro adhuc denegent uelle soluere dicto Antonio, & sic solutionem differant, prout dicebat Rom. in d. consil. 133. ipse Antonius, omisso primo remedio intentato, uidelicet reuocationis pacti precarii, possit aliud remedium intentare, ex quo ad eundem finem, & effectum tendit. ¶ Quinro suadentur prædicta ex notabili dicto Bal. in l. 2. q. 10. C. de feruitut. & aqua, quod communiter approbatur: & quamuis illud prima facie in oppositum ferē in terminis facere uideatur, tamen recte considerando, & uerba Bal. subtiliter intellegendi, dictum illud facit pro decisione, quā in hoc dubio supra suum sequutus, & uerissimam esse existimo: ¶ uoluit enim Bal. q̄ si pro executione instrumenti uni competant duo remedia ad eundem finem tendentia, uidelicet, q̄ propria auctoritate possit rem ingredi, item q̄ possit sibi prouidere reuocando pactū precarii, & pro executione prius remedium iudiciale reuocationis pacti precarii coram iudice intētauerit, non potest postea illi renūciare, & ab eo discedere, & ad aliud remediū extraiudiciale redire, hoc est propria auctoritate ingredi: ex quo. n. elegit uiam iudicis, & remedium iudiciale, tanquam ipse fuerit mercuriosus, non potest ad uiam facilem, & ad remedium facile, & extraiudiciale redire. Ex quo dicto infero primo, q̄ si pro executione prius coepisset à remedio faciliori, & extraiudicali, deinde illo omisso uoluisse intentare uiam reuocationis pacti precarii & sic iudicalem, magisq; difficilem, utiq; potuisset, quia non possit dici, q̄ tanquam mercuriosus fecisset ex quo omissa uia extraiudiciali, & sic faciliori ad uiam iudicalem magis difficilem se transtulit. Infero, & secundo, q̄ si ille, qui coepisset uti remedio iudicali, & facili, eo omisso uellet tranfire ad aliud remedium etiam iudiciale, magisq; difficile, profectò possit, q̄

cessaret ratio, propter quam Bald. ibi contrarium tenuit: ita expresse inferitur ex uerbis Bal. ibi, quod quod probatur etiam in d. l. cum fundum. in si. ueluti supra induxit: sed in casu nostro ipsi Antonio competit remedia iudicialia, uidelicet reuocatio pacti precarii: quæ uia satis facilis est, item remedium traditū à statuto, de quo supra proximè dictum est, quod de ceter, qualiter executio instrumenti peti possit, quæ etiam est uia iudicii, & magis, uel saltem æquæ difficultatis, ut colligitur ex statuto sub rub. de instrumentum. flamen. & laudis &c. iusto statuto sub rub. de iustitia. per pacto de ingrediendo, & Antonius primo coepit à remedio reuocationis pacti precarii, & sic à facili, ergo illo omisso poterit se ad aliud remedium iudiciale competens similiter iudiciale, & magis difficile tranferre, quoniam non poterit tanquam mercuriosus fieri illud fecisse, cum de uia iudicali se transtulisset: milititer ad uiam iudicalem magis difficilem. ¶ Primo, ommissis multis aliis, quæ I simili potuissent adduci, facit, nam subicunq; iusta causa mutacionis belli, & actionis ad est, secundum quod declaratur, in d. l. edita per illum tex. cum sim. semper & quando cunq; & inuito aduersario libellus mutari potest, quāuis non extante iusta, & probabili causa: talis mutacio fieri non possit d. l. edita. Sed in casu nostro Antonius habet iustam, immò iustissimam causam mutandi libellum non solum quoad actionem, & rem quo casu facilius conceditur, sed etiam quoad instrumentum solum, ergo in utroque casu dubiorum supra positum libellum mutare sibi permillum esse dicitur, si sibi uidebitur. Nā Antonius prius pro executione eiusdem instrumenti, & sic ex eadem causa reuocauerat pactum precarii super quadam possessione dictorum de S. Petro, quorū precibus deinde sub prætextu cuiusdam promissionis, & conuentionis inter eos factæ tenet: adepte super dicta possessione nunciavit, illamq; cepit ex renouatione pacti precarii super dicta domo. Vnde cum postea ipsi de S. Petro conuenta, & promissa ipsi Antonio non obseruauerint, profectò causa iusta, immò iustissima apparere quare Antonius possit dicere libellum mutare, & à remedio intentato discedere, aliudq; super eadem domo, uel super alia re intētare, uel libellum quoad instantiam tantum mutare, ut latius supra demonstratum fuit. Et ex prædictis omnibus, ex quibus recte intuenti omnia, quæ possent obici, & in contrarium adduci, facile tolluntur, in fauorem ipsius Antonii cludendum esse existimo. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Emergentis disputatio, & cognitio suspendit causam negotij principalis, donec fuerit super illo pronunciatum, & facta pronunciatione statim cessat suspensio, & in causa principali procedi debet, non expectato implemento pronunciationis, quod ad partes spectat.
- 2 Et per quod emergens negotium principale suspendatur, & per quod non.
- 3 Implementum ad illum prius spectat, cuius interest.

E P I T O E.

Instantiam causæ principalis per disputacionem super emergenti suspensam curcuisse à die pronunciationis per iudicem super illo emergenti factæ, non expectato implemento dictæ pronunciationis per partes faciendū, demonstratur.

C O N S I L I U M XXXIX.

H causa opposita pro parte D. Antonii Caprarij desertionis appellacionis ab Hannibale Panico interpolata: ex eo, q̄ lapsi sint omnes dies instantiæ, & pronunciationum, in qua ad huiusmodi desertionem euitandam

dam Hanni
tatum super
to pro parte
deberet præ
ria contradi
statum fuit i
nibali non c
dies disputat
duci debere
in officio rest
maria respo
dicta disputa
cis postea fut
exhiberi, & c
do per ipsas
ur uidetur, c
beas quibus
dicta declar
ra ad præiud
duo in decla
tentur, secu
nando, seu c
tur omnino
non potest a
nominan do
que magis i
constitibus
trahendo, r
& per conse
se uidentur
iudicium. F
tis præmissi
tur, q̄ statim
mandando
declariation
spcio esse d
cipalis cur
1 dendum est
emergens su
rat. nisi pri
nunciatio
bita de iudic
nunciatur,
debet super
pronunciati
cedere in c
c. l. prope
tionem, &
non debet
d. l. prope
tione, seu
re debet in
ligitur exp
in c. i. in ul
in l. i. C. de
2 et tunc in d
in d. c. i. & c
emergens
impediri d
reut. quor
gotium pr
cite, uel ex
c. i. & in d
rerim rem
impedire,
cipalis pos
3 docto. ¶ C
tionis, & c
fuerit in n
pellare iur

dam Hannibal adducit, fuisse infra instantiam disputatum super quodam incidenti, videlicet super mada to pro parte Hannibalis facta do. Antonium maria, qd deberet presentare libros suos, cui do. Antonium maria contradixit, negando se teneri, & propterea protestatum fuit instantia negotii principalis interim Hannibali non currere, donec dicti libri exhiberentur, qd dies disputationis predictae dicuntur de instantia sub duci debere per not. a doct. in l. contra maiores. C. de inoffic. testam. cum aliis. Pro parte vero do. Antonium maria respondetur, qd dato predicta vera esse, tamen dicta disputatio fuisset finita per declarationem iudicis postea subsequutam, in qua madauit dictos libros exhiberi, & ostendi uni ex supra consulibus nominando per ipsas partes, uel forte extrahendo ad effectum, ut uideatur, an Hannibal aliquod in eis interesse habeat, quibus do. Iudex dubitandum replicat, quod licet dicta declaratio sequuta fuerit, tamen aliqua temporaria ad praedictum Hannibalis non cucurrerunt, quia duo in declaratione dicuntur, primum, qd libri presententur, secundum, qd presententur supra consuli nominando, seu extrahendo, & qd Antonium maria tenebatur omnino libros presentare, alias eis non presentatis non potest aliqua negligentia imputari Hannibali in non nominando, siue extrahi faciendo supra consule, eo quod magis cum in declaratione dicatur uni ex supra consulibus nominando per ipsas partes, uel forte extrahendo, non autem dicitur per ipsum Hannibalem, & per consequens nulla tempora ab inde citra cucurrit se uidentur, quo fit, ut nec instantia predicta sit ad praedictum Hannibalis deserta. Mihi uisus, & consideratis praemissis, saluo meliori cuiuscunq; iudicio, uideatur, qd statim quo iudex declarauit, & pronunciauit, mandando libros debere exhiberi, & ostendi, prout in declaratione predicta causa negotii principalis in suo seculo esse desierit, & sic ab illo tpe instantia cause principalis currere coeperit, & qd in illa per iudicem procedendum esset, na ex quo causa principalis per hoc emergens suspensa fuerat, & in illa procedi non poterat, nisi prius eo discusso, & per iudicem super eo pronunciatum, ut in c. tua. & in c. i. de ordi. cogn. & c. exhibita de iudi. statim quo iudex super illo emergenti pronunciat, sui praesio finita, & reuocata dicitur, & iudex debet super principali procedere, nec expectare, quod pronuntiatio fuerit exequuta, seu adimpleta, quia procedere in causa infra tempus instantie spectat ad iudicem, l. properandum. C. de iudi. adimplere uero declarationem, & pronuntiationem spectat ad partes, & hoc non debet impedire processum, nec cursum instantiae, l. properandum. ibiq; habetur: & qd facta pronuntiatione, seu declaratione super emergenti iudex procedere debet in causa principali, cessante suspensione, colligitur expressis ex iis, quae uoluit doct. & maxime Abb. in c. i. in ult. col. de ordi. cognit. & ponit scrib. clar. in l. i. C. de ordi. iudi. & argu. c. ut debitus. de appell. & c. lxxxv. in d. c. i. quoniam mox dixit Abb. & aliorum. in d. c. i. & in d. l. i. dici potest, qd in casu nostro per hoc emergens non potuit negotium principale suspēdi, nec impediri debuit, quin in negotio principali procederet, quoniam non erat tale emergens, quod de iure negotium principale impediret, si super illo non esset tacite uel expressis cognitum, & pronuntiatum, ut in d. c. i. & in d. c. tua. & pars per protestationes suas, qd interim tempus in negotio principali non curreret, nec impedire, nec suspendere tempus instantie negotii principalis potuit, ut in d. l. properandum. & in d. l. i. ibiq; doct. Quo autem ad adimplementum pronuntiationis, & declarationis iudicis super ipso emergenti qd fuerit in mora, & ad quem prius adimplere, seu interpellare iuxta declarationem factam per iudicem spe-

ctauerit, optimè colligi potest ex iis, quae uoluit Socin. in cons. ultim. uolum. 3. & ex nota. per Bart. in l. si soluturus. ff. de solutio. arbitror enim ipsum Hannibalem prius debuisse instare super denominatione supra consulibus, quorum quo libri erant exhibendi, cum sua, ut asserbat, dicebatur interesse, exhibitionem fieri, & non do. Antonium maria, & ideo Hannibal debebat interpellare do. Antonium maria ad nominandum supra consulem, quoniam facta nominatione, si do. Antonium maria postea libros non exhibuisset, ipse in mora fuisset, sibi que imputari potuisset, sed prius erat facienda dicta nominatio, quam pariter Hannibal debebat facere ante, quam do. Antonium maria libros exhibere teneretur, ex quo iudex illi madauit, ut deberet libros exhibere uni ex supra consulibus per partes nominando: ergo prius de supra consule constare debebat, & is prius erat nominandus, quam do. Antonium maria libros exhibere teneretur: & ideo do. Antonium maria non potest dici in mora non exhibendi, cum non esset persona, cui exhibitio fieri deberet, ut in simili dicunt Soci. in d. cons.ulti. & Bar. in d. l. si soluturus. Quare uideatur concludendum, qd instantia cause principalis cucurrerit saltem a die factae declarationis, & pronuntiationis. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Instantia quando detur in sumariis, & executiuis, & quando non, & num. 2. 3. & 4.
- 2 Stilis contrarius instantiae esset contra publicam utilitatem, & non seruandus.
- 3 Stilis curiae etiam in decisiujs seruandus, quando ius commune non aduersatur.
- 4 Stilis quomodo probari debeat.
- 5 Spurius legitimatus per rescriptum ab habente potestatem ratificans, & approbans legitimationem, transit in potestatem patris, & tanquam suus rumpit testamentum patris, in quo esset prateritus.
- 6 Spurius legitimated appellacione uenit et incestuosus, & nefarius.
- 7 Spurius incestuosus, & nefarius potest per rescriptum legitimari, quamuis non legitimetur per subsequens matrimonium.
- 8 Statutum loquens de filio legitimo, seu de filio familias comprehendit spurium legitimatum per rescriptum, & quando.
- 9 Statutu la corum annullans contractum etiam iuratum ualet, & contractus iuramento non validatur, quando statutum esset a Papa ex certa scientia confirmatum.
- 10 Statuta Bononiae sunt a Papa ex certa scientia confirmata.
- 11 Iuramenti absolutio inste petiur, & impetratur, siante statuto prohibente contractum etiam cum iuramento.

E P I T O M E.

Instantiam dari in executiuis, & sumariis, quando producitur, petitio, & comparet contradictor, nec alia fuit lata sententia, & quando alia diffinitua sententia expectatur, hic ostenditur.

Spurium legitimatum per rescriptum approbant legitimationem rumpere testamentum patris, in quo esset prateritus, & comprehendi in statuto loquente de filio familias, & prohibente illum posse contrahere sine consensu patris, demonstratur.

C O N S I L I U M X L.

Vo d' in sumariis, & in executiuis derur instantia, quando producitur petitio, & comparet contradictor, probat tex. in l. i. C. de iura. calu. in uerfi. instantia, & ibi Bal. hoc tenuit, & refert, ac sequitur And. Barba. in c. venerabilis. in fi. uerb. de iudi. & ita consuluit solenis doctor do. Floria. de sancto Petro, ut refert ibi And. Item qd in sumariis hoc procedat, tenent Abb. And. Barba. Aret. in d. c. venerabilis. Bal. & Bar. in l. properandum. in §. & si quid. C. de iudi. & ibi Alex. & quauis Bart. & Bal.



XXIX.
D. Antonium
appellationis
positae ex eo, qd
stantia, & pro
tionem curam
dam